

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Auaricia c
cum fonte primo

Auarus uir inferno est similis.
Infernus enim quantoscumque deuorauerit,
numquam dicit: satis est.
Sic et si omnes thesauri confluerint in auarum.

Augustinus in epistola ad comitem.

Auarus enim uir inferno est similis.
Infernus enim quantoscumque deuorauerit,
nunquam dicit, Satis est:
sic etsi omnes thesauri confluerint in auarum,
nunquam satiabitur.

Anonymus (Augustinus?), *Liber exhortationis,*
uulgo de salutaribus documentis ad quemdam
comitem, 30 (PL 40, col.1058).